



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum præcepta de virtutibus annexis temperantiæ conuenienter in
scriptura tradantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

...dum artificii, ex quo vendit id quod pot bene vti, & non vendit ut male vnamur: nec dicitur: et nec, an singuli ementes, male vnamur, cu collet: et q multu bene vnamur. Hoc n magis vti ad curam principis q artificis spectat, re, qm iste circa singulos versatur, quora conscientias nescit: & ad cu non spectat cura habere cois boni. Illa de versatur circa coe bonu, v. l. malum, quod ex multitudine scit. Et propterea auctor in littera non damnauit artifices in hoc casu, sed principem. Illud enim aduerte cofessor, quod datur, quod coiter homines istis ludis vterentur ad malu, & q artifex non esset e pers culpae: quia tn ludus hmoi no est fin suam ipse dem morale peccati, idco et no est fin suam ipse dem peccatum in orale faciendo aleas, & charas. Ad quartum dubium dicitur, q sine dubio adiuuatores superfluum, & curioforum peccat venialiter. A uhorat: apponit ly forte, quia possit contingere, q ex rationabili causa inuenient ea, qz absolute censentur superflua, & curiosa. Vel dendum quod ly forte, non est dubitans, sed calum exprimitisac si dixisset, nisi in casu &c.

puta, si quis fabricaret idola, vel aliqua ad cultum idolatriae pertinentia. Si qua vero ars sit, cuius operibus homines possunt bene & male vti, sicut gladij, sagittae, & alia huiusmodi, vltus talium artium non est peccatum: & haec solae artes sunt dicende. Vnde Chrysofost. * dicit super Matth. Eas solum artes oportet vocare, quae necessariorum, & eorum quae continent vitam nostram, sunt tributivae, & constructivae. Si tñ operibus alicuius artis pluries aliqui male vterentur, quauis de se non sint illicitae, sunt tñ per officium principis ad ciuitate extirpandae. In documenta Platonis. Quia ergo mulieres licite se possunt ornare, vel ut conferant decantiam sui status, vel et aliquid superaddere ut placeant uiris, consequens est, q artifices talium ornamentorum non peccant in vtu talis artis: nisi forte inueniendo aliqua superflua & curiosa. Vnde Chryf. dicit * super Matth. q etia ab arte calceorum, & textorum multa abscindere oportet. Etenim ad luxuriam deduxerunt, necessitatem eius corrumpentes, artem arti male committentes.

QVAESTIO CLXX.

De Praeceptis temperantiae, in duos articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de praecipis temperantiae.

¶ Et Pri^o, De praecipis ipsius temperantiae.

¶ Secundo, De praecipis partium eius.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum praecipia temperantiae conuenienter in lege diuina tradantur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q praecipia temperantiae inconuenienter in lege diuina tradantur. Fortitudo enim est potior virtus, quam temperantia, vt supra dictu * est: sed nullum praecipium fortitudinis ponitur inter praecipia decalogi, q sunt potiora legis praecipia: ergo inconuenienter inter praecipia decalogi ponitur phibitium adulterij, quod contrariatur temperantiae, vt ex supradictis * patet.

¶ 2. Praet. Temperantia non est solum circa venerea, sed etiam circa delectationem ciborum, & potuum. sed inter praecipia decalogi non prohibetur aliquod vitium

A pertinens ad delectationem ciborum, & potuum: neque etiam pertinens ad aliquam aliam speciem luxuriae. ergo neque etiam debet poni aliquod praecipium prohibens adulterium, quod pertinet ad delectationem venereorum.

¶ 3. Praet. Principalis est in intentione legislator inducere ad virtutes, quam vitia prohibere. Ad hoc enim vitia prohibentur, ut virtutum impedimenta tollantur: sed praecipia decalogi sunt principaliora in lege diuina. ergo inter praecipia decalogi magis debuit poni praecipium aliquod affirmatiuum directe inducens ad virtutem temperantiae, quam praecipium negatiuum prohibens adulterium, quod ei directe opponitur.

IN CONTRARIVM est auctoritas Scripturae.

RESPON. Dicendum, quod sicut Aposto. dicit 1. ad Timoth. 6. Finis praecipii charitas est, ad quam duobus praecipis inducimur pertinentibus ad dilectionem Dei, & proximi: & ideo illa praecipia in decalogo ponuntur, quae directius ordinantur ad dilectionem Dei, & proximi. Inter vitia autem temperantiae opposita, maxime dilectioni proximi videtur opponi adulterium, per quod aliquis usurpat sibi rem alienam, abutendo scilicet uxore proximi. Et ideo inter praecipia decalogi praecipue prohibetur adulterium non solum secundum quod opere exercetur, sed etiam secundum quod corde concupiscitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod inter species vitiorum, quae opponuntur fortitudini, nulla est quae ita directe contrarietur dilectioni proximi, sicut adulterium, quod est species luxuriae, quae temperantiae contrariatur: & tamen vitium audaciae, quod opponitur fortitudini, quandoque solet esse causa homicidij, quod inter praecipia decalogi prohibetur. Dicitur enim Eccl. 8. Cum audace non cas in uia ne forte grauet mala sua in te.

AD SECVDVM dicendum, quod gula non directe opponitur dilectioni proximi, sicut adulterium, neque aliqua alia species luxuriae. Non enim tanta fit iniuria patri per stuprum uirginis, quae non est eius connubio deputata, quanta fit iniuria uiro per adulterium, cuius corporis potestatem ipse habet, non uxor.

AD TERTIVM dicendum, quod praecipia decalogi, ut supra dictum * est, sunt quaedam uniuersalia diuinae legis principia: unde oportet ea esse communia. Non poterant autem aliqua praecipia communia affirmatiua de temperantia dari, quia vltus eius uariatur secundum diuersa tempora, sicut Aug. dicit in * lib. de bono coniugali, & secundum diuersas hominum leges, & consuetudines.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter tradantur in diuina lege praecipia de uirtutibus annexis temperantiae.

AD SECVDVM sic proceditur. Vt, q inconuenienter tradantur in diuina lege praecipia de uirtutibus annexis temperantiae. Praecipia em decalogi, ut dictum * est, sunt quaedam uniuersalia principia totius legis diuinae: sed superbia est initium omnis peccati, ut dicitur Eccl. 10. ergo inter praecipia decalogi debuit aliquod poni phibitium superbiae.

¶ Praet. Illa praecipia maxime debent in decalogo poni per q homines maxime inclinantur ad legis impletionem, quia ista uidentur esse principalia: sed per humilitatem per quam homo Deo subijcitur, maxime videtur

Super Questionibus 170. Art. 1.

In q. 170. occurrit nihil scribendum, nisi q ex calce primi articuli habet, vnde mirari non debes, si statuum Ecclesiae de temperantiae actu positum. I. circa ieiunia, minus seruatur: & quod si em dicitur la tempora mutaretur, non fieret virtuti temperantiae iniuria. Ideo namque dominus noster Iesus Christus huiusmodi praecipia determinate non dedit, vt possit Ecclesia statuere, & detruere prout expedit sibi libus, & diuersis locis ac temporibus diuersos modos indicare.

Q. 120. 27. 1

Ca. 15. 10. 6

Ar. praeced. ad 1.

videtur homo disponi ad obseruantiam diuinæ legis, unde obedientia inter gradus humilitatis computatur, ut supra habitum * est, & idem etiam uidetur esse dicendum de mansuetudine per quam fit, ut homo diuinæ scripturæ non contradicat, ut August. dicit in * 2. de doct. Christ. ergo uidetur quod de humilitate & mansuetudine aliqua præcepta in decalogo poni debuerint.

¶ Q. 6. arti. 6.
Lib. 2. ca. 8.
in prin. 10.
130. 3.

* Art. præc.

In regula 3.
ante modum
con. 1.

¶ 3. Præc. Dicitur * est quod adulterium in decalogo prohibetur, quia contrariatur dilectioni proximi: sed etiam inordinatio exteriorum motuum, quæ contrariatur modestiæ, dilectioni proximi opponitur. vnde August. dicit * in regula. In omnibus motibus vestris nihil fiat quod cuiusdam offendat aspectum. ergo uidetur quod etiam hmoi inordinatio debuit prohiberi per aliquod præceptum decalogi. IN CONTRARIUM sufficit autoritas Scripturæ. RESPON. Dicendum, quod uirtutes temperantiæ annexæ dupliciter considerari possunt. Vno modo, secundum se: alio modo, secundum suos effectus. Secundum se quidem non habent directam habitudinem ad dilectionem Dei, uel proximi: sed magis respiciunt quãdam moderationem eorum, quæ ad ipsum hominem pertinent. Quantum autem ad effectus suos, possunt respicere dilectionem Dei, uel proximi: & secundum hoc aliqua præcepta in decalogo ponuntur pertinentia ad prohibendum effectus uitiorum oppositorum temperantiæ partibus. Sicut ex ira, quæ opponitur mansuetudini, procedit interdum aliquis ad homicidium, quod in decalogo prohibetur: aut ad subtrahendum debitum honorem parentibus, quod etiam potest ex superbia prouenire, ex qua etiam multi transgrediuntur præcepta primæ tabulæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod superbia est initium peccati: sed latens in corde, cuius etiam inordinatio non perpenditur communiter ab omnibus. Vnde eius prohibitio non debuit poni inter præcepta decalogi, quæ sunt prima principia per se nota.

AD SECUNDVM dicendum, quod præcepta quæ per se inducunt ad obseruantiam legis, præsupponunt iam legem: unde non possunt esse prima legis præcepta, ut in decalogo ponantur.

AD TERTIVM dicendum, quod inordinatio exteriorum motuum non pertinet ad offensam proximi secundum ipsam speciem actus, sicut homicidium, adulterium, & furtum, quæ in decalogo prohibentur: sed solum secundum quod sunt signa interioris inordinationis, ut supra dictum * est.

In corp. arti. 1. q. 168.

¶ Super Questionem centesimam septuagesimam primam.

QVAESTIO CLXXI.

De Prophetia, in sex articulos diuisa.

Hic incipit octaua pars istius libri, tractans de gratiis gratis datis, ubi aduertendum est, quod, ut in litera dicitur, gratiæ gratis datæ ordinantur ad tria, scilicet cognitionem, locutionem, & operationem. Hoc tamen pacto, quod ad cognitionem spectant tres, scilicet prophetia, fides, & discretio spirituum. Ad locutionem quatuor, scilicet sermo sapientiarum, sermo scientiarum,

POST QUAM dictum est de singulis uirtutibus & uitijs, quæ pertinent ad omnium hominum conditiones & status, nunc considerandum est de his quæ specialiter ad aliquos homines pertinent. Inuenitur autem discretio inter homines secundum ea, quæ ad habitus & actus anime rationalis pertinent, tripliciter. Vno quidem modo, secundum gratias gratis datas, quia ut dicitur 1. ad Corinth. 12. Diuisiones gratiarum sunt, & alij datur per Spiritum ser-

mo sapientie, alij sermo scientiarum &c. Alia uero differentia est secundum diuersas uitas, actuum scilicet, & contemplatiuum, quæ accipiuntur secundum diuersas operationum studia: unde & in eodem dicitur, quod diuisiones operationum sunt. Aliud enim est studium operationis in blattis, quæ sollicita erat, & laborabat circa frequens ministerium, quod pertinet ad uitam actiuam: aliud est in Maria, quæ sedens super pedes Domini audiebat uerbum illius, quod pertinet ad contemplatiuum, ut habetur Luc. 10. Tertio modo, secundum diuersitatem officiorum & statuum, prout dicitur ad Ephesios 4. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas: alios uero euangelistas, alios autem pastores & doctores, quod pertinet ad diuersa ministeria, de quibus dicitur 1. ad Corinth. 12. Diuisiones ministratorum sunt. Est autem attendendum circa gratias gratis datas, de quibus occurrit consideratio. Primo, quod quedam eorum pertinent ad cognitionem, quædam uero ad locutionem, quædam uero ad operationem. Omnia uero quæ ad cognitionem pertinent, sub prophetia comprehenduntur. Nam prophetia reuelatio se extendit non solum ad futuros hominum euentus, sed etiam ad res diuinas, & quantum ad ea quæ proponuntur omnibus credenda, quæ pertinent ad fidem: & quantum ad altiora mysteria, quæ sunt perceptorum, quæ pertinent ad sapientiam. Est etiam prophetia reuelatio de his quæ pertinent ad spiritualia substantia, a quibus datur bonum, uel ad malum inducuntur, quod pertinet ad discretionem spirituum. Extendit etiam se ad directionem humanorum actuum, quod pertinet ad scientiam, ut infra * patebit: & ideo primo occurrit considerandum de prophetia, & de raptu, qui est quidam prophetiarum gradus.

¶ De prophetia autem quadruplex consideratio occurrit.

¶ Quorum prima est de essentia eius.

¶ Secunda, De causa ipsius.

¶ Tertia, De modo prophetice cognitionis.

¶ Quarta, De diuisione prophetiarum.

Circa primum quaruntur sex.

¶ Primo, Vtrum prophetia pertineat ad cognitionem.

¶ Secundo, Vtrum sit habitus.

¶ Tertio, Vtrum sit solum futurum.